Historiae atque Observationes
Tres
medico-Cheirurgicae singula=
rissimae

Per Michaelem Angelum
Grimium
6

exaratae .....

Plures aliorum eventis docentur.

TACIT. IV Ann.

Illustrissimis atque Eruditissimis
Academicis

Michaël Angelus Primius S. P. D.

Nihil illustrem Medicinam reddidit praeter quam morborum historia, ac observationes, quibus nostra Judicia innituntur. Itaque, mea quidem sententia, omnes hujusce Sapientiae Professores exercitatissimos historias condere, operae praetium est: quia ab eis monita atque praecepta vera ad morbos benè curandos. Et sicuti quanta sit vestra in me humanitas atque benevolentia, exploratum habeo, ad vos mitto hasce trés morborum singularissimorum historias ac observationes medico cheirurgicas: idest, Prima, De mamma maxima mole facta feliciter extirpata atque sanata. Altera De Fistula sub inferiori ora Orbitae Oculi dextri

dextri cum carie ossis maxillae superioris
et duorum extremorum dentium molari=
um feliciter sanata. Tertia De ingen=
ti Tumore in Capitis regione laeva
Quas igitur rudi ac vulgari stylo
exaratas benevolo tamen animo
Dominationibus vestris exibeo. Valete

Michaëlis Angeli Grimij

De mamma maxima mole facta, feliciter extirpata et sanata

Historia Prima

Medico-Cheirurgica singularissima

Pervenit ad Nosocomium Sanctae Mariae Novae Anno MDCCLVIII Agricola quaedam Ill.mi D.ni Fratris Caroli Cuoni commendatarij Sacrae Religionis Hierosolymitano sanguineo ac malancholico temperamento ~~[illegible]~~ praedita nec non gracili corpore cum dextra mamma valdè maxima ferè ovata ut patet in Tab. I, quanta cucumis moles.

Fuit a me tanquam Medicus cheirurgus adstans Primarius istius Nosocomij diligenter visitata et circam areolam coloris atri parvam portionem vidi: nec non parvam cicatricem figurae semilunaris in ejus latere interno: et dein ab Antonio Ferrarolio uno ex praecipuis magistris

magistris praedicti Nosocomij, et praeter extirpationem totius mammae nihil utile censuimus. Itaque non multo, post purgationem, coram Dominis Bernardo Cupiliano, Antonio Tenarolio, et alijs benè multis ejus extirpationem feliciter institui. Postea filamenta arida cum idonea illi parti fasciatura superimposui: et ratione hac vulnus reliqui ad confectum pus usque: et ad hunc modum processi donec ulcus purgatum fuit: et tandem unguentum nostrum mundificativum, et Lapidis inferni contactum, ut ex cute caro non exeat adhibui: et hoc modo ad perfectam cicatricem pervenit. Post sex hebdomadas se benè aegra convaluit, et ab isto Nosocomio salva et incolumis discessit.

Post extirpationem hanc constitebam, ut rectè viderem, ex quo constaret Tumor hic Anatomicam ejus sectionem instituere, existimavi. Quare cuticulam et cutem crucis formae ammovi, Panniculum totius mammae adiposum infar

ctum

chum, ejus glandulas duras ac scirrhosas, vasa adiposa valdè dilatata animadver= timus. Deinde eadem ratione ammo= vi totum ~~ejus~~ hujus mammae corpus, et suo in centro folliculum, quanta est mali aurei moles, sufflavi humoris plenum. Ex hoc, et prompta ejus sanatione tu= morem hunc non esse cancrosum compertum habemus, quia cancer dolo= rem continuo facit, et ~~hic~~ hic quam= vis amplior, doloribus carebat. Ergo, mea quidem sententia omnia haec vitia varia varia ab illo tumore folliculato, qui in centro hujus mammae esset, origi= nem traxerunt: et inter tumorum genus, qui ab humoribus et partibus solidis ~~n~~ nascuntur, numerari possit.

Finis

Tab. I.

Explicatio

AAAA Mammae Figura et moles.

BB Pars ejus superior.

CC Pars ejus lateralis interior.


EE Pars ejus inferior.

f ejus ~~[illegible]~~ et Papilla

gggg Ejus Areola atri coloris.

hh. cicatrix quae observatur in parte laterali sua interiore.

Tab. I.



Tab. II.

Explicatio

IIII Cuticula extrorsum inversa

LLLL Cutis etiam extrorsum inversa

MMMM Panniculi adiposi portio eodem modo inversa

NNNN Tumoris Corpus

ooooo ooooo Altera Panniculi adiposi portio infarcta.


ppppppppppp. Glandulae durae ac scirrhosae.

qqqqqqqqqq. Arteriae Aneurismaticae.

vvvvvvvvvvv Venae [illegible] varicosae.

S. Papillae Corpus.

Tab. II



Tab. III

Explicatio

tttt cuticula
uuuu cutis
xxxx portio Panniculi adiposi
zzzz Mammae corpus divisum in Crucis forma
yyyy Folliculi circumferentia

Tab. III.

